



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio LXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

M. L. RESOLV TIONES DE VIRT VTE IN
Sicut ait Esa. xl. Quā iucūdi pedes Euangelizantiū, euangelizan-
tium pacem, prædicantiū bona. Lex uero est uerbum iræ, uer-
bum tristitiae, uerbum doloris, uox iudicis & rei, uerbū inqui-
etudinis, uerbū maledicti. Nam secundū Apostolū, Lex est uirtus
peccati, & lex iram operat. Est lex mortis. ex lege em̄ nihil habe-
mus, nisi malā cōscientiam, inquietū cor, pauidū pectus, a facie
peccatorū nostrorum, quę lex ostendit, nec tollit, nec nos tollere
possimus. Sic itaq; captis ac tristibus, omninoq; desperatis, Ve-
nit lux Euangeliū & dicit, Nolite timere, Consolamini consola-
mini popule meus, Consolamini pusillanimes, ecce deus nester
ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, ecce qui solus im-
plet legē pro uobis, qui factus est a deo uobis iustitia, sanctifica-
tio, sapientia, redemptio, omnibus qui creditunt in eum. Hoc sua
uissimū nuncium, cum audierit conscientia peccatrix, reuiuiscit
& tota exultat in tripludio, plenaq; fiducia, iam nec morte, nec
amica mortis pœnarū genera formidat, neq; infernum. ideo,
qui pœnas adhuc timeant, nondum audiuerunt Christum, nec
uocem euangeliū, sed uocem potius Mosī. Ex hoc itaq; euangeliū
nascitur uera gloria dei, dum docemur, non nostris operi-
bus, sed gratia misericordie dei in Christo, impletam legem & im-
pleri, non operando, sed credendo, non deo aliquid offerendo
sed ex Christo omnia accipiendo & participando, de cuius ple-
nitudine participamus omnes, & accipimus, de quo alias latius.

C O N C L V S I O LXIII.

Hic autem est merito odiosissimus, quia ex primis facit
nouissimos.

E V A N G E L I U M em̄ destruit ea, quæ sunt, cōfundit for-
tia, confundit sapientia, & redigit eos in nihilū, in infirmitatem
in stultitiam, quia docet humilitatē & crucem. Sic Psalm. ix. In-
crepasti gentes & pergit impius, nomen eoꝝ delesti. Verum hāc
regulam crucis horrent omes, quibus placent terrena & sua, di-
centes, durus est hic sermo, ideo non est mirum, si sit odiosissi-
mus sermo Christi, ijs, qui diligunt aliquid esse, sapientiam, po-
tentiam, coram se & hominibus, & primisbi uidentur.

C O N C L V S I O LXIII.

Thesaurus autem indulgentiarum, merito est gratissi-